

CHRONICVM SAXONICVM  
EVEDILNBVRG.

- Adam.* Prima aetas ab Adam usque ad Noë, continens generationes x annos uero MDCLIII, quae tota perijt diluuiio, sicut infantiam mergere solet obliuio. *Mundi in- fundia.*
- Noë.* Secunda à Noë usque ad Abraham similiter complexa generationes x, annos autem cc xcii. In qua aetate lingua est Hebraea inuenta. A puericia namque homo incipit loqui nosse post infantiam, quae inde nomen accepit, quia fari, id est, loqui potest. *puericia.*
- Abraham.* Tertia aetas ab Abraham usque ad Dauid, generationes xiiii. annos uero DCCCC XLII. continens, et quia ab adolescentia incipit homo posse generare, *Adolescentia.* Matheus ab Abraham generationum sumpsit exordium: Qui etiam pater multarum gentium constitutus est, quoniam mutatum nomen accepit.
- Dauid.* Quarta aetas à Dauid usque ad transmigrationem Babilonis, generationibus aequè iuxta mattheum xiiii, annis autem cccc LXXXIII. porrecta, à qua regum tempora expetunt. Aetas enim iuuenilis regno est habilis. *Iuuentus.*
- Christus.* Quinta deinde usque ad aduentum saluatoris in carne, Et ipsa generationibus xiiii. porrecta, annis autem D LXXXVI extenta, in qua, ut senectute graui fessa malis crebrioribus, plebs Hebraea quassatur. *Senectus.*
- Sexta quae nunc agitur nulla generationum uel temporum serie certa, sed ut aetas decrepita ipsa totius seculi morte finienda. secula generationibus constant, et inde dicuntur secula, quod se sequantur. Abiuntibus enim alijs alia succedunt, quorum decursus per generationes et regna ita inscribitur. *Secula.*
- Prima aetas in exordio sui continet creationem mundi. *Annus pri- mus.*  
Primo enim die deus in lucis nomine condidit angelos.  
Secundo in firmamenti appellatione creauit ocelos.